

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas y
cum fontibus proximo et primo

O ignis inextinguibilis, cupiditas insaciabilis;
quis unquam primo uoto fuit contentus?
Cum adipiscitur quod optauerat,
desiderat ampliora semper in habendis
et nunquam in habitis finem constituit.

Sanguisuge due sunt filie dicentes: affer affer;

nam crescit amor nummi quantum pecunia crescit.

Innocencius ibidem (de uilitate condicionis humane).

Ignis inextinguibilis cupiditas insaciabilis!

Quis unquam cupidus primo fuit voto contentus?

Cum adipiscitur quod optauerat,

desiderat ampliora semper in habendis

et nunquam in habitis finem constituit.

“Insaciabilis est oculus cupidi;
in partem iniquitatis non saciabitur”.

“Avarus non implebitur pecunia,
et qui amat pecunias fructus non capiet ex eis”.

Infernus et perdicio nunquam replentur,
similiter et oculi hominum insaciabiles.

“Sanguisuge due sunt filie dicentes: ‘Affer, affer’”.

Nam “crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.”

Innocentius III, *De miseria condicionis humane*, 2.6
(R.E. Lewis ed., p.153, ll.1-11).

(Prou. 30:15).

interea, pleno cum turget sacculus ore,
/ crescit amor nummi quantum ipsa pecunia creuit,
/ et minus hanc optat qui non habet.

D. Iunius Iuuenalis, *Saturae*, 14.138 (W.V. Clausen ed.,
pp.159-60).